

**Sermo**

mundanam omnem excedis quomodo non parua que de illa plenitudine vit modica stilla dixeris. **S**eprem spozte de reliquis implete sunt septeze premia. tria ad stolas anime. quatuor ad stolam corporis pertinentia. maiores sunt reliquie q̄ mensa.

**I**n die ascensionis.

**E**pistola **A**ctuum primo.

**P**rimum quidem sermonem feci de omnibus theophile que cepit ihesus facere et docere usque in diem qua precipiens apostolis per spiritum sanctum quos elegit assumptus est. Quibus prebuit seipsum vivum post passionem in multis argumentis per dies quadraginta apparens eis et loquens de regno dei et conuiscens precepis eis ab iherosolimis ne discederent: sed expectarent promissionem patris quam audivistis inquit per os meum. Quia iohannes quidem baptizavit aqua. vos baptizabimini spiritu sancto: non post multos hos dies. Igitur qui conuenerant interrogabant eum dicentes. Domine si in tempore hoc restituas regnum israel. Dixit autem eis ihesus. Non est vestrum nosse tempora: vel momenta que pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutes superuenientis spiritus sancti in vos. et eritis mihi testes in iherusalem et in omni iudea et samaria usque ad ultimum terre. Et cum hec dixisset videntibus illis eleuatus est: et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumque incuerent in celum euntem illum: ecce duo viri

**Sexagesimo octauus**

reterunt iuxta illos in vestibus albis. Qui et dixerunt. Viri galilei: quid statis aspicientes in celum: ibi ihesus qui assumptus est a vobis in celum: sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in celum.

**E**uangelium **M**arcii ultimo.

**I**n illo tempore. **R**euerentibus undecim discipulis apparuit eis ihesus. et exprobrauit incredulitatem eorum et duritiam cordis. quia hijs qui viderant eum resurrexisse a mortuis non crederunt. Et dixit eis. Euntes in mundum uniuersum predicare euangelium omni creature. Qui crederit et baptizatus fuerit saluus erit. Qui vero non crederit condemnabitur. Signa autem eos qui crederint hec sequentur. In nomine meo demonia eiciant. Linguis loquentur nouis. serpentes collent. et si mortiferum quid biberint: non eis nocebit. Super egros manus imponent: et bene habebunt. Et dominus quidem ihesus postquam locutus est eis: assumptus est in celum. et sedet a dextris dei. Illi autem perfecti predicauerunt ubique domino cooperante et sermone confirmante sequentibus signis.

**S**ermo sexagesimooctauus.

**S**icut aquila prouocat ad volandum pullos suos super eos volitans. In hac autoritate tria querenda sunt. scilicet quare dominus aquile operetur. Qui sine pulli eius. et qualiter eos prouocet ad volandum. Aquile operatur dominus propter. vi.